sustinent. Haec fuit Politicorum gravis ratio: quod ex 600 aut
1000. beneficiariis, quos quotannis ad 2000 fl. profunderent in
Palatinatu, vix unus et alter fastidium aliquod contingit, reliquis
ut nosti, manentibus in grege: jam tunc unum etiam vel alterum
non servire Palatinatui operâ ejus egenti cogita quam hoc
aequum videri potuerit. Precor vero, ut Deus florentissimam
Rempubl. vestram incolumem servet, ac D. Lignaridum salutare
organum scholae vestrae efficiat: quem etiam a me cum D.
Trogo officiose salutes velim. Resalutat te consobrinus tuus
D. Angerus, qui in reformatione Simmerensis Ecclesiae prae-
claram operam navavit. Mitto tibi libellum meum περὶ
τῆς [illegible] τοῦ [illegible]: de quo judicium tuum audiam. Vale
et me, quod facis, ama. Heidelbergae 14 Octobr. 1598.

312a

Extrait des articles accordez entre
la ville de Nismes et le docteur Pacius.

Premierement etc. Et moyennant lesdicts gages
ledict sieur Pacius se charge du college,
Promet de servir audict Rectorat, et aux susdi-
ctes professions &c:

Item et en cas que ledict sieur Pacius viendroit à de-
ceder pendant sa charge et exercice d'icelle, la
ville sera tenue bailler à femme, et à defaut d'
icelle, à ses heritiers semblable somme que monte
ses gages d'un an &c:

La ville de Nismes n'a sur nos aucune pretension
oultre les mots sur escripts.

Praesent: d. 27. Xbris 1598.

Επιγραφη

Extract etlicher puncten der Ver-
gleichung so zwischen der Stadt
Nimes undt Doctor Pacio auffge-
richtet worden.

FRIDERICUS etc.

313

Salutem

Cum certis nunciis ad nos perlatum esset, quanto
opere hisce perturbatissimis temporibus
laborantibus literarum studia vobis curae sint,
quantaque benevolentia et liberalitate D.
Julium Pacium in eam rem ad vos accer-

situm, hactenus persecuti sitis, non vulgarem
inde voluptatem percepimus. Itaque nostrum
esse semper putavimus, egregiam illam
erga studia voluntatem vestram con-
firmare potius, quam quovis modo com-
mittere, et conatibus tam laudabilibus i-
psi interrupisse videri queamus.
Attamen cum Academiam nostram Heidel-
bergensem eò redactam sentiremus, ut
nullo praesentiori remedio quam D. Pacii
tantoperè à studiosa juventute desi-
derato et exoptato reditu suble-
vari et in integrum restitui posset, eò
tandem confugiendum fuit, quò ipsa nos ne-
cessitas traxit. Scripsimus nuper eò, illumque
ad pristinum, quem anteà hîc obtinuit, imò
meliorem invitavimus locum, qui vicissim
nobis vestram erga se munificentiam
et merita prolixè exposuit. Unde facilè
perspeximus quantum is Reipub. vestrae
debeat, et per vos potissimum stare, ut
quod volumus obtineamus. Confirmat autem
nos haud parùm fiducia de vestro nobis gra-
tificando studio, et quia valebit ex nostra
parte postliminii jus, ut ut reliqua inter
nos paria sint: cum non ignoremus, ita a-
pud vos opera ejus carituros atque eadem
unicè indiget schola nostra. Quamob-
rem à vobis nunc clementer petimus,
uti in re qua tanta nobis cura est
morem nobis gerere non grave sit,
et permittatur, ut D. Pacius, bonâ ve-

strà cum pace et venia ad nos quamprimum redire queat. Quo vestro obsequio hoc tempore nihil nobis gratius fieri poterit, cujus nos memores semper fore, spondemus. Vale. Datum Heidelbergae 25. Maji 1598.

Viris prudentiss: nostris dilectis, Magistratibus, Consulibus et Senatoribus inclytae reipub: Bremensis.

374)

Fridericus etc.

Salutem.

Pergratum nobis fuit, quam partim ipsi de te opinionem et spem conceperamus, partim ex amicis tuis antea intellexeramus, cum nobis inserviendo, fumul Academiae nostrae Heidelbergensi operam navando voluntatem tuam proximis tuis literis confirmatam fuisse. Quoniam autem Scholae nostrae plurimum interesse videmus, reditum tuum ad nos non suspendi, sed maturari potius, dubitationem et scrupulos quos tibi residere animadvertimus eximendos duximus, ut perspiceres, ita nos scholae nostrae saluti et incremento consultum velle, ut tui interea quoque ratio habeatur. Deferimus autem tibi primariam codicis professionem sive lecturam illibatam et nullis suis commodis et accessionibus diminutam integro cum stipendio et honore, de quo dubitasse videris: aedes huic professioni destinatas, renovatas, et quum fuerant commodiores, una cum horto obtinebis, nemine contradicente. Ut autem ii, qui publicè et privatim extra reditus tuisque laboribus ebindustria sperantur et expectantur fructus,